



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. D. Magistri Petri Lombardi Novariensis Episcopi
Parisiensis. Sententiārvm Libri IV. quibus vniuersæ
Theologiæ summa continetur**

Petrus <Lombardus>

Mogvntiæ, 1632

De remissione quam præstat sacerdos. A

urn:nbn:de:hbz:466:1-38829

Depo. dis 2. ex fonte superbiæ nascitur. Species n. superbiz est ad finem.

*se velle iustum videri, qui peccator est: atq; hypo-
crita conuincitur, qui instar primorum parentum
vel tergiuersatione verboru; peccata sua leuigare
Genes. 4. f contedit, vel sicut Cain peccata sua reticendo sup-
primere querit. Vbi ergo superbia regnat & hypo-
critis, humilitas locum nō habet. Sine humilitate
vero alicui veniam sperare non licet. Vbi est ergo
taciturnitas confessionis, non est speranda venia
criminis. Iam certissimè liquet, quam sit detesta-
bile peccati silentium, & è conuerso quam sit ne-
cessaria confessio. Est n. confessio testimoniu;*

*Ipán. Chrys. scientiæ Deū timentis. Qui n. timet iudicium Dei,
hom 3. ad il- peccatum non erubescit confiteri. Perfectus timor
lud Matrh. soluit omnem pudorem: confessio peccati podo-
3. & bapti rem haberet, & ipsa erubescētia est grauis pœna. I.
zabantur. deoq; iubemur confiteri peccata, ut erubescētia
patiamur pro pœna, nam hoc ipsum pars est diuini
iudicii. Si ergo queritur, An confessio sit neces-
saria, cum in cōtritione iam deletum sit peccatum?
Dicimus, quia quædā punitio peccati est, sicut sa-
tisfactio operis. Per confessionem etiam intelligit
sacerdos, qualiter debeat iudicare de crimen. Per
eam quoque peccator sit humilior & cautor.*

DE REMISSIONE SACERDOTIS.

DISTINCT. XVIII.

*H*ic queri solet. Si peccatum omnino dimissum
est à Deo per cordis contritionem, ex quo po-
nitens votum habuit confitendi, quid postea di-
mittatur ei à sacerdote? Video enim, quo vinculo
eum ligat, scil. temporalis pœna, sed non à quo
eum absoluat & ideo quæro. Ante pœnitudinem
quippe cordis, anima rei maculam habet & feco-
rem peccati, atq; æternæ ultiovis vinculo ligata
existit. Si vero ante confessionem per cordis con-
tritionem Deus per seipsum sine mysterio sacer-
dotis & debitum omnino relaxat, & animam in-
terius

terius purgat à contagione & fœtore peccati: quid ergo mundat? quid dimittit sacerdos? vbi sunt claves illæ, quas Dominus tradidit Petro & successoribus eius, dicens, Tibi dabo claves regni cœlorum? & Quæcunq; ligaueris super terram, erunt ligata & in cœlo: & quæcunq; solueris super terram, erunt soluta, &c. Ut autem præmissa quæstio plenius explicari valeat, quasi altius ducto reti, de his clavibus, & vsu earum differamus.

De clavibus. B

Claues istæ non sunt corporales, sed spirituales, scil. discernendi scientia, & potentia iudicandi, id est, ligandi & soluendi: qua dignos recipere, & indignos debet excludere à regno ecclesiasticus iudex: qui sicut habet ius ligandi, ita soluendi. Vnde Ambr. Dominus par ius soluendi esse voluit, & ligandi, qui utrumque pari conditione permisit. Ergo qui soluendi ius non habet, nec ligandi habet. Et infra. Cerrum est, quod ecclesiæ utrumque licet, hæresis utrumque non habet. Ius enim hoc solis permisum est sacerdotibus. Rectè ergo ecclesia hoc sibi vendicat, quæ veros sacerdotes habet: hæresis vendicare non potest, quæ veros sacerdotes non habet.

*Ambr.ca.2.
lib.1 depa-
nitent.to.1.*

*Ibid. paulò
inferius.*

De vsu clavium. C

Vsus vero harum clavium multiplex est: dissernere, scil. ligandos & soluendos: ac deinde ligare vel soluere. Qui enim ut ait Greg. indignos ligat vel soluit, propria potestate se priuauit, id est, dignum priuatione se facit.

Si sacerdos potest dimittere vel retinere peccata. D

Sed queritur, Utrum à peccato soluere valeat sacerdos, i. à culpa: ut culpæ maculam absterget, vel Opinio que debitum æternæ mortis soluere valeat? Quidā arbitrii sunt, cū pescator dupliciter ligatur: reueatur, ut prædictum est, sc. mentis contagione ac cætitate, & debito future poenæ: alterum curari per Deum,

Ddd 4 alio-